



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.53. Interdicta Ecclesiastica.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sanctum percusserat, capi, & crudeli-  
 ter verberibus contundi, ac si nequiter  
 falsum crimen de Domina sua commen-  
 tus esset; tum in potestatem Nepotis oc-  
 cisi Episcopi tradit. Is adhibitis tormen-  
 tis ex Servo verum expressit. *Fateor,*  
*inquebat, accepi centum solidos aureos a*  
*Fredegunda Regina, ut necem Episcopo*  
*inferrem, quinquaginta solidos addidit*  
*Melanius Episcopus, rursusque quinqu-*  
*aginta alios Archidiaconus Rothomagensis.*  
*Præterea polliciti sunt, quod me & ux-*  
*orem meam libertate donare vellent.* Ad  
 hæc Pretextati nepos evaginato gladio  
 confitentem cæsim interficit, sive jure  
 Francorum usus, quod propinquis licen-  
 tiam dabat parricidam necandi, sive cre-  
 diderit, id sibi in nequissimum manci-  
 pium & a Domina sua derelictum licere.  
 Ecclesia S. Pretextatum tanquam Marty-  
 rem 24. Febr. colit. Pretextato occiso  
 Fredegunda Melanium in Sedem Rotho-  
 magensem induxit.

Sæculum VI.  
 A.C. 586.

§. LIII.

*Interdicta Ecclesiastica.*

Quod in hac rerum gestarum serie nar-  
 ratur, Episcopum Bajocensem Ec-  
 clesias Rothomagi claudi jussisse, Inter-  
 dictorum Ecclesiasticorum exemplum est,  
 atque referente Gregorio Turonensi plu-  
 ra alia legimus. Annis abhinc aliquot

*Greg. V.*  
*hist. c. 33.*

L 4

Parisiis



Sæculum VI. Parisiis cum Ecclesia S. Dionysii cædibus  
A. C. 586. & effuso sanguine fuisset polluta, cessa-  
 runt Officia Divina, & rei fuere excom-  
 municati, usque dum satisfacissent. Fran-  
 co Episcopus Aquensis a Rege Sigeberto  
 contra æquitatem condemnatus, nam

*Id. de Glor. Conf. c. 71.* unum Ecclesiæ ipsius fundum abstulerat,  
 & insuper ad multam trecentorum au-  
 reorum pendendam compulerat, inju-  
 riam non ferens ante Sepulchrum Sancti

(†) S. Merre. Mitriæ (†) in pavementum se demisit  
 orans in hunc modum: *Magne Sancte Mi-  
 triæ! non amplius accendentur hic lucer-  
 næ, non decantabuntur amplius Psalmi,  
 quoad usque Ministros tuos vindicaveris,  
 & Bona vi ablata recuperaveris.* His  
 verbis inter singultus prolatis Sepul-  
 chrum spinis instravit, & clausis januis

*de Glor. M. l. c. 79.* etiam in aditu Ecclesiæ spinas sparsit. Leo  
 Episcopus Agathensis sub Dominatione  
 Gothorum constitutus eodem Ritu Ec-  
 clesiastico usus est, ut Vindictam Divi-  
 nam provocaret in Comitem Gommaca-  
 rium Arianum, qui Ecclesiæ fundum u-  
 surpans minatus fuerat, se Episcopum,  
 si quid moveret, male mulctaturum;  
 venit Leo in Ecclesiam S. Andreæ, ora-  
 vit in terra prostratus, Vigilias celebra-  
 vit, noctem psallendo & flendo transe-  
 git; cum illucesceret, ad lucernas, quæ  
 ex Ecclesiæ fornice dependebant, acces-  
 sit, baculo, quem tenebat, omnes con-  
 fregit,



fregit, dicens: *non hic ardeant lucerne, donec Deus de inimicis suis se ulciscatur, & Domui suæ bona restituat.* (\*)

Interea Rex Guntramus Leovigildo Visigothorum Regi bellum inferebat, ut pœnas reposceret, ob injurias Principi Ingundi Nepti suæ & ejus Conjugi Hermenegildo illatas. In Septimaniam mi-

L 5 sit

(\*) Hier ist eine Anmerkung unsers Protestan- tens, in welcher er überhaupt die Kirchen-Inter- dict mißbilliget. Das ist nämlich der grosse Feh- ler der Herren Protestanten, daß sie die Sache selbst von den Mißbräuchen nicht unterscheiden. Es ist besser wenn man in einer oder mehrern Kir- chen den Gottesdienst auf eine Zeit gar aufhebet, zum Exempel wenn darinn Mordthaten verübet worden, als wenn man wider die Ehrerbietigkeit, die man dem Hause Gottes schuldig ist, und mit Aergernisse der Gemeind solchen verrichtet. Fer- ner saget der Uebersetzer: so war auch die Ab- sicht darbey sehr lasterhaft &c. Die Bischöfe, von welchen in diesem Orte die Rede ist, können vielleicht als einfältig, aber nicht als lasterhaft an- gesehen werden. Hierauf klaget unser Uebersetzer: daß man nach dieser Zeit ganze Länder und König- reiche mit dem Interdict beleget, viel tausendmal tausend Unterthanen die Gnadenmittel abgeschnit- ten &c. Nun nach der allgemeinen Kirchenversamm- lung zu Orient sind diese Kirchen-Interdict gan- zer Länder zwar nicht aufgehoben, aber nicht mehr üblich. So daß der Uebersetzer auch in diesem Punkte mit der römischen Kirche zufrieden seyn sollte.



Sæculum VI. fit exercitus duos; sed milites, quos o  
A. C. 586. portuisset cum hoste dimicare, proprias  
 Francorum terras rapinis & incendiis va-  
 starunt, Ecclesias spoliarunt, plebem &  
 Clericos ad Altaria confugientes macta-  
 runt. Hac calamitate ad Regem dela-  
 ta, cum acerbissime in Duces excande-  
 sceret, ut iræ Regiæ se subducerent, ad  
 S. Symphorianum in Civitate Augusto-  
 dunensi Asylum mutatis vicibus quæse-  
 runt. Regi deinde ad celebrandum hu-  
 jus Sancti Festum venienti occurrerunt,  
 ea conditione, ut postea in judicio sta-  
 rent. Guntramus convocatis quatuor  
 Episcopis & Laicorum Senioribus Præfe-  
 ctorum Causam examini subicere coepit,  
 dixitque: *Quomodo jam Victoriæ spe-  
 rabimus, cum Majorum nostrorum exem-  
 pla minime sequamur? illi Ecclesias ædi-  
 ficabant, Episcopos reverebantur, Mar-  
 tyres honore prosequabantur, & spem suam  
 omnem in Deo ponebant; nos vero Vasa  
 sacra & ipsas Reliquias rapimus, Mini-  
 stros Dei morte afficimus. Hinc sine vi-  
 ribus sunt manus nostræ, & inutilis ar-  
 morum strepitus. Si culpa mea est, ame  
 Deus reposcat pœnas; si autem imperata  
 facere detrectastis, Belliducum primi ca-  
 pite vecordiam luant, ut militaris Disci-  
 plinæ & severitatis exemplum totus exer-  
 citus habeat, & ira Numinis a Patria  
 avertatur. At Præfecti culpam in mili-  
 tes*



tes refractarios rejiciebant, & Regis ira  
 ultra verba non processit.

Sæculum VI.  
 A. C. 586.

§. LIV.

*S. Hermenegildi Martyrium.*

**L**eoigildus Regni sui fines strenue tue-  
 batur, sæpe etiam Pacis condiciones  
 offerens, quæ non audiebantur. Verum  
 Catholicos persequi non cessabat, & tan-  
 dem Hermenegildum Filium suum pri-  
 mogenitum necari jussit. Piissimus Prin-  
 ceptis vinculis ferreis oneratus agnosce-  
 bat, quam despicabilis esset rerum ter-  
 renarum magnificentia, & Regnum Cœ-  
 leste anhelare incipiebat. In Cilicio de-  
 cumbens a Deo ferventibus precibus po-  
 stulabat, ut sibi robur necessarium suffi-  
 ceret. Superveniente Paschalis Festivi-  
 tatis die Rex Pater misso ad eum noctu  
 Episcopo Arianorum paternam Gratiam  
 obtulit, si de manu illius Præsulis Com-  
 munionem vellet accipere. At Herme-  
 negildus accedentem indignans repulit,  
 Hæresin exprobravit, ac si libertate in-  
 tegra frueretur. Episcopo itaque ad Re-  
 gem reverso, is ira infremuit, misitque  
 satellites, qui filium interficerent. Illi  
 carcerem ingrediuntur, & unus eorum,  
 cui nomen Sisbertus, securim jacentis  
 capiti infigit. Hoc mortis genus subiit  
 Princeps Hermenegildus Tarracone an-  
 no Leovigildi decimo septimo seu anno  
 Christi

Greg. III.  
 dial. c. 31.

Jo. Bicl.  
 an. 586.